



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Ivre, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

X. An camposores depositariis stipendium pro deposito, illiusque solutione
exigere possint, vel ab ipsis exigi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

PUNCTUM IX.

Sitne licitum cambium cum pro campario respondet camporis procurator?

- 1 Negant plures.
- 2 Probabilis est oppositum.
- 3 Satis est fundamentis contrarii.

Negant licitum esse Sotus 6. de inst. q. 10. art. 1. in fine & quest. 13. art. 1. concl. 3. Mercado 4. de contractib. c. 7. ver. demas deso. Galpar Roderic. 3. de redditib. quest. 5. n. 17. Molin. tract. 2. disp. 404. Comitol. lib. 3. q. 15. c. 16. Palacios 13. de contract. c. 3. Rebell. 2. p. de obligat. instit. lib. 1. q. 1. quest. 6. conclus. 3. num. 10. Ducuntur quia contractus cambij inuoluit commutationem vnius pecunie pro alia. At si procurator camporis pro campario respondet, non reperitur diuersa pecunie commutata, cum ille procurator non satisfaciat campiori per pecuniam camparij, sed per camporis pecuniam. Secundo cambium cum lucro institui non potest, nisi camparius habeat, vel speret habere pecuniam qua cum campiori satisfaciat in loco solutioni destinata, alias non cambium institueret, sed sub palliato cambio mutuum usurarium acciperet. Ergo camparius qui nullam aliam pecuniam habet praeter pecuniam camporis obligari non potest campiori satisfacere, alias obligatoris satisfaciere creditori ex bonis ipsis.

Nihilominus est haec sententia sit satis probabilis, probabiliorum existimo cambium non reddi illicitum ex eo, quod procurator camporis pro campario respondeat, & campiori satisfaciat. Sicuri resoluunt Syluest. verb. usura 4. q. 9. dicto 6. Nauarr. cap. 17. num. 289. c. 3. o. Thomas Bonifignius, c. 7. de cambis n. 78. c. 9. Saa, verbo cambium. num. 3. restituitque a Pio V. approbatum esse in bulla data ad Bononienses, quod nullatenus faceret Pontifex si in precto iure naturali iniquitatem contineret. Salon. q. 4. de cambio art. 2. controu. 1. c. 12. Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 7. Salas tract. de cambis, dub. 17. d. n. 4. Dicitur ad cambium non esse opus propriam habere pecuniam adu, cum pecunia cambiana accipitur. Sed satis est, si eam camparius habeat in spe, moraliterque certus sit eam ab initio accepturus vel donatione, vel mutuo vel cambio. Sed perinde est eam pecuniam recipere a procuratore camporis ab alio tercio. Ergo camparius licens procuratorem camporis sibi accommodatum pecuniam, vt campiori satisfaciat, optime cambium cum campiore instituire poterit, testaturque Salon congregacionem Cardinalium declarasse hoc cambium non comprehendi in bulla Pij V. cambia prohibentis.

Neque obstat fundamentum oppositae sententiae. Nam ex eo quod procurator camporis pro campario respondeat, non impeditur diuersas pecunias interuenire, nam pecunia camporis moraliter pius conceditur campario, & illius sit, & camparius procurator camporis qui in suum accipit campiori satisfaciat, non ex bonis ipsis camporis quae actu illius sunt, sed quae fuerunt, quae camparius a campiore in cambium accipit. Itaque procurator camporis duplex munus gerit, concedit enim ex camporis praescripto campario pecuniam, vt campiori satisfaciat, illamque pecuniam virtualiter traditam campario ab eo vt procurator illius accipit, & campiori reddit. Ob cuius officium, & factoriam recipere a campario stipendium leuissimum poterit. Sicuri Salon, d. controuers. 12. ad ult. & Salas d. dub. 17. aduertit.

PUNCTUM X.

An campores depositariis stipendium pro deposito, illiusque solutione exigere possint, vel ab ipsis exigi?

- 1 Proponitur dubitandi ratio.
- 2 Resoluitur mercedem moderatam accipi posse.
- 3 Consuetudine receptum est nullum a deponentibus stipendium exigi.
- 4 Abiis quibus ex praescripto deponentium pecunia soluenda est nihil exigi potest.
- 5 Contrarium non videtur improbabile.
- 6 Campor obligans se ad soluenda debita illius qui nullum apud ipsum habet depositum recipere aliquod lucrum pro hac obligatione potest.
- 7 Deponens nequit a bancharijs lucrum ob depositionem accipere.

Sapienter campores, & bancharij accipiunt pecunias a quibus deponentibus cum obligatione eas reddendi quando deponentibus placuerit. Quae igitur est, an pro hac

custodia, & obligatione mercedem aliquam exigere possint? Ratio dubitandi nascitur ex eo quod hoc depositum non est rigorose depositum, sed mutuum, siquidem est depositum cum facultate eo vendi, & tantumdem reddendi. Vt notauit Nauarr. cap. 17. num. 295. & in cap. fin. de usur. numero 40. Mol. disp. 408. At mutuatarius nequit ob custodiam mutui aliquid ultra sortem sibi dari. Ergo neque hi campores depositarij. Deinde hi campores minus illud deponentium pecuniam custodiendi cum obligatione eam ipsis reddendi cum fuerit petita suscipiunt in sui commodum, eo quod interim ac petitur ea pecunia vtuntur, & lucrum comparant. Ergo indebitè mercedem exigunt deponentibus, cui gratias depositi referre debebant.

Nihilominus iuste posse mercedem, moderatamque stipendium a deponentibus exigi se merito docuerunt ex communi sententia Molin. disp. 408. Lessius lib. 2. c. 2. dub. 8. Salas tract. de cambis, dub. 20. c. 26. Rebell. 2. p. lib. 1. quest. 8. Nam est illam pecuniam campores accipiant cum facultate disponendi, illiusque dominium acquirant, accipiunt tamen in gratiam deponentium, & cum obligatione reddendi, quando, & qua forma deponentibus placuerit, pro cuius obligationis expeditione paratam semper pecuniam habere debent, ministros & famulos qui rationem scribant, & pecuniam a deponentibus recipiant, & aliis soluant, quae omnia mercede digna sunt, neque in mutuo quod in gratiam tantum mutuatarij praestatur contingunt.

Neque refert hanc custodiam pecuniae camporibus commodam esse & occasionem lucri, id enim tuae industriae, & fortunae tribuendum est, cum pecunia ex te fructifera non sit. Neque obinde mercedem custodiae diminueret tenetur.

Tamet si hoc ita sit, consuetudo tamen obtinuit nullum a deponentibus exigi stipendium pro dicta custodia, vt obseruatur in Gallia, Hispania, Italia, aliisque orbis partibus Nauarr. cap. 17. num. 293. Mol. disp. 408. Rebell. lib. 1. q. 8. Lessius dub. 8. Salas dub. 20. Quod procedit cum soluunt eisdem deponentibus. At si tercio ex eorum commissione soluunt, & 6. pro mille solent accipere. Quare consignatis literis solutionem mille continentibus satisfaciunt soluentes 992. illa enim sex detrahunt a deponentibus ob custodiam, & obligationem quam in eorum gratiam suscipiunt.

Sed an illa sex detrahere possint a creditoribus, seu illis quibus pecuniae ex praescripto deponentium soluenda sunt non est constans sententia, communior quam refert, & sequitur Nauarr. cap. fin. de usur. num. 37. & cap. 17. num. 293. Tolet. lib. 5. sum. c. 5. num. 4. Molin. disp. 408. conclus. 2. c. 3. Valen. 2. 2. disp. 572. 3. p. 3. Rebell. 2. p. lib. 1. q. 14. Salas dub. 26. post med. asserit nihil ab his quibus ex praescripto deponentium pecunia soluenda est exigi posse, quia nullus videtur adesse titulus eam receptionem honestans, siquidem custodia pecuniae, & obligatio soluendi in gratiam tantum deponentium praestatur, ac proinde illi soluere stipendium debent.

Deinde enumeratio pecuniae, & illius conscriptio in libris rationum etiam sit in depositarij, & deponentium commodum, nullatenus autem in commodum eorum quibus pecunia soluitur, qui potius vellent ipsi sibi numerare. Nullus ergo adest titulus, quo illa sexta pars iis creditoribus detrahatur, & ita cautum est leg. regia 5. titul. 18. lib. 5. noua collect.

Verum licet haec sententia tenenda sit & conseruenda, non tamen videtur improbabile maxime si sit receptum posse camporem illam sextam partem creditoribus detrahere. Sicuri indicat Sotus, 6. de inst. q. 11. art. unico. Grassi t. 1. decis. cap. 110. num. 8. Vega in sum. c. epitome. verbo cambium. n. 45. Bañes 2. 2. r. tract. de cambis dub. 7. c. 8. Petrus de Ledefina, 2. p. sum. vbi de camb. concl. 11. testaturque legi regiae, & contraria consuetudine derogatum esse. Ratio est, quia hoc officium camporis quod est pecuniam solutioni paratam habere credit maxime in utilitatem creditorum, mercesque vendentium qui mercatoribus pretium suarum mercium habere non possent, nisi hi campores interuenirent. Ergo ob hoc officium assumptum iuste compensationem exigere poterunt.

Illud ferme a doctoribus Soto 6. de inst. q. 11. ar. vn. ad finem. Mercado de camb. cap. 13. Molin. disp. 408. conclus. 1. Salas dub. 26. num. 4. communiter receptum est camporem se obligatum ad soluenda debita illius qui nullam apud ipsum habet depositam pecuniam posse aliquod lucrum exigere, vt 5. pro mille, quia habere in eum finem paratam pecuniam, & se in perentis gratiam solutioni obligate opus est mercede dignum. Si enim pro fideiussione merces recipi potest quia fideiussor in defectum principalis debitoris se obligat soluendo; a fortiori campor mercedem recipere poterit pro obligatione absoluta soluendi quam suscipit.

Superest tamen dicendum, an possit deponens pecuniam apud bancharios ab ipsis mercedem aliquam exigere? Sicut cae Sotus, d. quest. 11. ar. vnico ad finem. Sed id intelligendum est casu quo gratis, & liberaliter ob beneficium acceptum mercedem obtulerint, alias ab illis ob praedictam depositionem

mercedem exigi usura est. Nam petere à banchariis interesse; eo quod ipsi vilius pecuniæ depositæ permittatur est petere ab illis interesse ob mutuum, cum illa permisso, & facultas mutuatui virtualis sit. Sicuti bene tradit Nauar. cap. fin. de usur. n. 4. & cap. 17. num. 19. Mercado de cambijs. cap. 13. Ledesim. 2. p. sum. tract. 8. con. 12. de Camb. Mol. de sp. 4. 8. Bañes 2. 2. r. 2. tract. de camb. dub. 7. ad ult. Vega in sum. & epitome verbo cambium. n. 44. Salas de camb. duo. 26. n. 3.

PUNCTUM XI.

An campfor pignus vel fideiussores præstare teneantur, vel è contra campfluarij?

- 1 Campfor publicus ad id tenetur.
- 2 Si campfor prius pecuniam dedit potest petere à campfario supradictam securitatem.
- 3 Possitne campfor fideiussor esse in hac causa? Resolvitur cum distinctione.

1 **C**ampfor publicus obligatus esse fideiussores præstare in securitatem eorum qui apud ipsos pecuniam deponunt communis est sententia approbata à leg. regia 1. cir. 18. lib. 5. noua collect. Si enim mutuum pecuniam tribuens, vel merces vendens potest à mutuario, vel emptore pignus, vel fideiussores in securitatem sortis debite exigere, eadem ratione deponens pecuniam apud campforem poterit eandem securitatem postulare, maxime cum campfor è pluribus pecuniam recipiant, & periculo non leui cadendi sæpe exponantur. Sicuti res soluit Bonasignus tract. de cambijs. capit. 7. numero. 23. Lessius liber. 2. capit. 23. numero. 77. Salas de camb. dub. 21.

2 **E** contra verò si campfor prius pecuniam dederit sibi in posterum soluendam poterit pignus, vel fideiussores à campfario exigere, quia potest sibi caueie de pecunia soluenda, sicuti ipse campfarius cauet, cum prius pecuniam campfori tribuit, ut præcitat Doctores tradunt. Monet tamen rectè Tolet. lib. 5. cap. 5. 2. 2. quem sequitur Salas d. dub. 21. in fine campforem prius pecuniam concedentem, & pignus, vel fideiussorem à campfario exigentem minus pretij pro cambio exigere posse, quia minori periculo pecuniam datam exponit.

3 **D**ifficultas autem est, An campfor fideiussor in hac causa institui possit, & obinde pretium à campfario exigere. Distinctione soluenda est difficultas, comparatione enim campfarij fideiussor existere non potest, quia comparatione illius est creditor, & fideiussor sui ipsius esse potest. Ob eandem rationem nequit esse fideiussor procuratoris campfarij, si ipsius campforis procurator est, quia nequit ipse procuratori se obligare, quia obligare sibi ipsi cum procurator nomine ipsius fideiussoris, & ex pecunia illius soluere debeat si conueniatur.

Verum si campfarius factorem habeat à campforis factore distinctum, optime poterit campfor hunc factorem fideiubere, quod solutionem debite pecuniæ præstabit, quia obligat se in defectum factoris concedere pecuniam campfario, ut solutionem præstet, potenterque à campfario ob hanc fideiussionem conueniri. Quod mercede dignum est tamen exigua ob fideiussionis securitatem. Sicuti latius tradit Lessius lib. 2. capit. 23. dubit. 9. numero 77. & 78. Salas de camb. dub. 21.

PUNCTUM XII.

Ad quod campfor obligare potest campfluarium, si termino constituto non soluerit?

- 1 Obligari potest ad interesse, quod campfori proueniret ex non soluta pensione.
- 2 Astringi potest ad poenam.
- 3 Non potest campfor ob non solutum debitum ad recambium obligare.

1 **D**ebium non est obligare campfluarium posse, ut lucrum cessans, & damnum emergens compenset, quia campfor non tenetur eam in futuram pari ob campfluarij commodum, ac proinde non solum quando campfluarij culpam committit in solutione non præstanda tempore debito obligari potest ad interesse quod inde prouenit campfori, sed etiam cum absque vlla culpa solutionem omittit, quia non obligatur in poenam, sed ex contractu. Sicuti tradit Salon. 2. 2. r. 2. ubi de cambijs art. 2. conu. 14. Vega in sum. & epitome. verbo cambium, casu. 37. Lessius lib. 2. dub. 9. Salas de camb. dub. 22.

Notatur dixi ad interesse quod ex non solutione campfori proueniret. Non enim inspecta bulla Pij V. de cambijs obligari campfluarius potest ad determinatum interesse ob non solutum sortem tempore designato, bene tamen iure naturali inspecto obligari potest. Nam cito non couler quamquam interesse futurum sit arbitrarium tamen poterit, & secundum hoc probabile arbitrium obligatio institui. Sicuti Lessius & Salas locis citatis, respondent.

Præterea astringi valet ad subeundam aliquam poenam culpæ proportionatam ob omissionem solutionem tempore constituto. Sicuti in mutuo, aliisque contractibus moralibus debitor obligari potest. Sicuti tradit Tolet. d. cap. 52. num. 6. Salon. conu. 14. Salas & Lessius loc. cit. Debet tamen culpa moralis esse, alias poena saltem in foro conscientie nullatenus debita erit. Ut bene Tolet. d. cap. 52. Salas dub. 22. & 39. in fine.

Secundum licitum sit campfori pacisci, quod si termino designato non soluerit eandem summam accipiat in recambium? Non conueniunt doctores. Nauar. cap. fin. de usuris. ubi de cambijs. num. 1. Sotus 6. de iustit. q. 23. art. 2. Mercado 4. de contractib. cap. 10. Palscos 3. de contractib. cap. 4. con. 8. negatiuum partem indicant, quia est obligatio extra naturam contractus. Ex vi namque contractus cambiij solum obligari campfluarius potest ad subeundam moderatam poenam ob culpabilem solutionis omissionem, & ad compensandum campfori interesse. Ergo si recambium illud excedat interesse, & culpam solutionis omittat nequaquam ad ipsum obligari campfluarius poterit. Quapropter verissima sententia est, & omnino tenenda non posse campfluarium ad recambium sortem obligari, nisi quatenus illud recambium non excedit interesse, quod alias campfor haberet ex solutione sortis facta, vel quatenus non excedit culpam commissam in contractu non soluenda. Sicuti tradit Lessius lib. 2. cap. 23. dub. 9. n. 80. Grassi 1. 1. lib. 2. de iust. cap. 10. numero 13. Salas de cambijs. dub. 22.

PUNCTUM XIII.

An teneatur campfor solutionem sortis acceptare non soluto cambiorum detrimento, seu interelle?

- 1 Affirmatiue respondetur.

1 **C**onstat solutio huius difficultatis ex his quæ dist. præcedenti de censib. tradidimus: ubi enim decidimus non esse obligatum creditorem census, solutionem sortis admittere, quousque sibi decem pensiones soluatur. Nam cum harum pensionum obligatio ex priori obligatione pendat, ipsique nitatur non debet prius fundamentum dissolui quia accessorium fuerit dissolui. Sicuti expressè cauet leg. 1. Cod. de solutionib. & leg. si usuras. Cod. de usura. At eadem est ratio de lucro & interelle cambiij comparatione sortis receptæ. Ergo non tenetur campfor sortis solutionem admittere interelle cambiij non soluto. Atque ita in præsent. docet Lessius lib. 2. cap. 13. dub. 10. Salas eius verba transferens dub. 2. 5. Neque obstat pluribus debitis grauatim, si aliquod soluat censui soluere præcipuum maxime si id debitor exprimat. ut constat ex leg. 13. & 5. de solutionib. quia in præsent. non sunt plura debita diueria, sed vnum alterum habet annexum, & ex eadem causa proueniens.

PUNCTUM XIV.

Expènduntur conditiones à Pio V. requisitæ pro cambiij contractu?

- 1 Obligat Pontifex has seruari conditiones etiam nulla fraudi interueniente.
- 2 Apponuntur conditiones.
- 3 Seclera bulla Pij V. ob solutionis dilationem ultra terminum recipi lucrum nequit.
- 4 Nequit de certo interesse pacisci.
- 5 Quod si de facto paciscatur obligatio est restituenda si uolum Rebell.
- 6 Verius videtur oppositum.
- 7 Expèditur tertia conditio, non realia cambijs sunt aliter quam ad proximas nuuidinas.
- 8 Expèditur conditio quarta.

1 **P**ius V. in sua bulla edita anno 1571. quam referunt Nauar. in sum. cap. 27. num. 300. alias 297. & Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 1. q. 1. alienas conditiones assignat pio cambio instituendo, quas sub grauib. penis, & seculis præcipit obseruari. Et licet Nauar. cap. 27. num. 301. existimet ob